Año XXXI MARTES 25 DE FEBRERO DE 1890. Núm. 26.

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

OBISPADO DE OSMA.

El documento siguiente, cuyo texto latino se inserta tambien, será leido con este decreto en todas las iglesias á la mayor brevedad. Ya se comprende que en él se habla de la enfermedad epidémica, que tanto se ha extendido por todas partes, invadiendo asímismo muchos pueblos de Nuestra Diócesis, y que es conocida con los nombres de *trancazo, influenza, dengue y grippe*, para preservarse de la cual, ó por lo menos de su intensidad, si acomete, Su Santidad Nos concede facultades para dispensar del ayuno y abstinencia de carnes, como por el presente dispensamos, á toda clase de personas, pues no se hace distincion, que moren en los pueblos invadidos por dicha enfermedad, hasta que esta cese en ellos. Cuando, pues, no existan casos de este mal conocidamente, ó no se considere por los facultativos como existente la epidemia, los Párrocos y encargados de las feligresias, lo anunciarán así á estas, advirtiéndoles por lo tanto, que ya no tiene lugar la expresada dispensa por haber felizmente desaparecido la causa que la motivó.

Burgo Osma 20 de Febrero de 1890.

Pedro Maria, Obispo de Osma.

LA SANTA INQUISICION UNIVERSAL ROMANA

Á TODOS LOS ARZOBISPOS, OBISPOS Y ORDINARIOS DE LOS LUGARES DEL ORBE CATÓLICO.

La calidad y naturaleza de la enfermedad, que actualmente se ha extendido, no sólo por la Europa, sino por otras partes del mundo, ha excitado la solicitud de la potestad y benignidad Apostólicas, pues conmovido por lo que avanza ese mal Nuestro Santísimo Padre Leon

XIII, en su anhelo por atender al bien de los fieles, no solo en lo que atañe al alma, sino tambien al cuerpo, ha juzgado propio de su actividad, el prestarles los auxilios que puede, y que le han parecido conducentes á preservar el cuerpo y la vida de aquellos de la eficacia de la epidemia. Por lo tanto, por medio de la Sagrada Congregacion de la Suprema Inquisicion Universal Romana, y con su autoridad Apostólica, faculta á todos los Arzobispos, Obispos y Ordinarios de los lugares del Orbe Católico, en todas las regiones invadidas por dicha enfermedad, para que á los fieles de su jurisdiccion les dispensen el precepto de la abstinencia y del ayuno, mientras que á su juicio, esta gracia Apostólica sea necesaria para la salud pública en dichos lugares. Pero desea Su Santidad que al usar los fieles de esta benignidad Apostólica, procuren ocuparse con mayor empeño en obras piadosas, las cuales son de mucho valer para conseguir la clemencia Divina. Por lo cual, los exhorta á que, á fin de propiciar y aplacar á Dios, atiendan diligentemente al socorro de los menesterosos, acudan á menudo á los templos para asistir á las oraciones y los oficios sagrados, y frecuenten los Sacramentos, pues está manifiesto que los continuos males que nos aflijen son enviados por la justicia Divina para castigar merecidamente á los hombres por la corrupcion de costumbres y el inmenso lodazal de maldades.

Roma 30 de Enero de 1890.

R· Cardenal MONACO.

S. R. UNIVERSALIS INQUISITIO

AD OMNES ARCHIEPISCOPOS

EPISCOPOS ET LOCORUM ORDINARIOS CATHOLICI ORBIS.

Apostolicæ potestatis et benignitatis curas ad se vocavit conditio et genus morbi, qui hoc tempore non Europam modo, sed alias Orbis regiones late pervasit. Hoc enim grassante malo permotus Sanctissimus Dominus Leo XIII, pro summo studio quod gerit, ut non solum in iis quæ animi sunt, sed in iis etiam quæ sunt corporis bono Fidelium consulat, Suæ sollicitudinis esse putavit, ea præsidia quæ in sua potestate sunt conferre Fidelibus, quæ corporis vitæque incolumitati adversus morbi vim dominantis prodesse posse visa sunt. Quamobrem ministerio Sacri Consilii Supremæ Romanæ Universalis Inquisitionis utens, omnibus Archiepiscopis, Episcopis et locorum Ordinariis Catholici Orbis, cunctis in regionibus qua morbus de quo supra dictum est, incubuit, Apostolica auctoritate facultatem impertit, ut Fideles queis præsunt a lege solvant qua abstinentiam et ieiunium servare tenentur, donec iisdem in locis ipsorum iudicio, hanc Apostolicam indulgentiam publicæ valetudinis ratio et conditio requirat. Optat autem Sanctitas Sua, ut dum Fideles Apostolica hac benignitate utuntur, studeant impensius piis vacare operibus, quæ ad divinam clementiam demerendam valent. Quapropter eos hortatur, ut sublevandis caritate egenis, celebrandis ad preces et sacra officia templis, frequentique sacramentorum usui ad

Deum exorandum placandumque studiose dent operam, cum aperte pateat crebra quibus affligimur mala, ad divinam iustitiam esse referenda, quæ ob corruptos mores et late exundantem flagitiorum colluviem iustas pœnas ab hominibus expetit.

Romæ die 30. Ianuarii Anno 1890.

R. Card MONACO.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quod paucis adhinc mensibus, Nobis christianum populum ad implorandum sanctissimi Deiparæ Sponsi patrocinium cohortantibus de studio sacrorum Antistitum quibus litteras encyclicas dedimus, sperandum esse videbatur, id eventu ipso iam confirmari cœpisse haud exigua animi Nostri lætitia percipimus.—Huius enim studii luculentum extitit testimonium ex fervidissimis precibus, quas, certiore facto Hispaniæ gubernio, Nobis ex hibuerunt plures caholici illus regni Episcopi vota cleri et populi proponentes, qui inde occasionem captandam censuerunt, ut consilium, quod jamdudum susceperant, optatum exitum habere posset. Avitum nempe Hispanorum studium, et propensam omnium animorum erga Beatissimum Patriarcham voluntatem cogitantes, diem eius recordationi consecratum e festorum dierum numero sublatum publica religione carere ægre ferebant Venerabiles illi Episcopi, et universim quicumque christiano nomine censentur iure ac merito conquerebantur; ideoque a Nobis impensissimis precibus postularunt, ut diem S. Iosepho Sacrum in pristinam dignitatem restituamus. Hunc sane honorem beatissimo Viro deberi nemo est qui non videat. Qui enim Virginis Deiparæ Sponsus delectus eius dignitatis coniugali fœdere particeps fuit, quem Christus Dei Filius et suum esse custodem et parentem existimari voluit, qui divinæ in terris domui quasi patria potestate præfuit, qui Ecclesiam habet suæ fidei ac tutelæ concreditam, ea excellit præstantia, ut nullo non sit obsequio prosequendus.—Verum inclita Hispaniæ natio propriam habet causam, qua beatum Deiparæ Sponsum præcipuo prosequatur honore, excolat obsequio, quam Archiepiscopus Vallisoletanus una cum eiusdem provinciæ Episcopis in precibus Nobis admotis opportune commemoravit. In Hispania enim, in illa ipsa provincia Vallisoletana et ortum duxit, et vitam omnium virtutum exercitatione insignem egit, sancteque obiit intemerata Virgo Teresia, quæ quum vehementissimo Iesu amore exardesceret S. Iosephi, quem Parentem suum Iesus Servator existimari voluit, eximiam dignitatem incredibili prosequuta obsequio, patrocinium prædicavit, cultum promovit.—His igitur precibus, quæ gratissimo animum Nostrum sensu perfuderunt, libentissime obsecundantes, suprema auctoritate Nostra cons-

tituimus atque edicimus, ut dies decima nona Martii Beato Ioseplo Sacra por totam Hispaniam, et in regionibus ei subiectis, diebus festis accenseatur, ita ut omnes cum sancto Missæ Sacrificio adesse, tum ab iis profanis operibus quæ servilia dici solent abstinere præcepto debeant, quod magno Ecclesiæ Patrono debitum tribuatur obsequium, et efficacissimo eius patrocinio universa natio largins fruatur.—Non obstantibus quamvis speciali, atque individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium litterarum transumqtis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, et Sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die XXVIII Ianuarii MDCCCXC, Pontificatus Nostri anno Duodecimo.

M. CARD. LEDÓCHOWSKI

OBISPADO DE OSMA.

Por medio de las Letras Apostólicas que en estos dias hemos recibido, y en este BOLETIN se insertan en su texto latino, Su Santidad el Papa Leon XIII, felizmente reinante, manda que sea restablecido en su antiguo estado el culto de S. Josè, Esposo de Nuestra Señora, la Santísima Vírgen María, y Patrono de la Iglesia Universal, y que por consiguiente el dia diez y nueve de Marzo, en que se celebra su festividad, no solo sea de media fiesta, como sucedia cuando fueron suprimidas varias en 1867, y entre ellas la de que se trata, sino fiesta entera, como antiguamente lo era. En su virtud, pues, desde este presente año *inclusive* la fiesta de S. José el 19 de Marzo, será celebrada en adelante bajo el doble precepto de oir Misa, y no ocuparse en trabajos, llamados serviles, y con el rito doble de primera clase, segun ya está mandado y se observa. Queda por consiguiente restablecida la festividad de S. José como una de las principales de la Iglesia, y así se hará saber por los respectivos Párrocos, leyendo este decreto á todos Nuestros Diocesanos, y recomendándoles con empeño la devocion á dicho Santo Patriarca para que, mediante su gran valimento para con Dios, nos alcance á todos la divina gracia para cumplir bien con nuestros deberes de católicos, y seamos amparados en nuestras necesidades espirituales sobre todo, y tambien en las temporales si nos conviene.

Burgo de Osma 26 de Febrero de 1890.

Pedro María, Obispo de Osma.

CONFERENCIAS MORALES Y LITURGICAS
DEL
OBISPADO DE OSMA.

Dia 14 de Noviembre de 1889.

Caso. *L. parochus, ex lignis et lapidibus dirutæ ecclesiæ parochialis, obtenta prius Episcopi licentia, aliam novam suis sumptibus ædificavit. Quo facto, ligna et lapides, quæ superfuerunt, inscio Ordinario, domui propriæ applicavit. Item, in usum domesticum convertit alia, uti sedilia, pictas tabulas, altarium mappas etc., alia nova suis etiam sumptibus emendo; et inter hæc notatu dignum est, quod ex pluviali rubei coloris suæ consobrinæ vestem conficere fecit. Quid de modo agendi L.?*

Solucion. Agendi ratio parochi L. quoad primum reprobanda est, quod res ad ecclesiam pertinentes in proprios ac profanos usus converterit absque Episcopi seu Ordinarii venia ac cognitione, (qui tamen illi eas res donare non poterat, nisi ita convenissent, quando suis sumptibus L. ædificare novum templum instituit;) quia nullæ earum sacræ appellari possunt nec sunt, ac proinde nihil obstat quominus ad alios usus posint hodie applicari, sed non sordidos juxta Tridentinum, nec inhonestos, licet olim non possent: et ita Herdt 170 de Benedict. parament. Quoad secundum, licet pluvialis non benedicitur, aliqua irreverentia deprehendi posse videtur, dum vestem consobrinæ fecit, etenim sic agendo, causa esse potest cur fideles minorem erga vestes et res sacras concipiant venerationem atque earumdem contemptum seu irrisionem, necnon parochorum suspicionem inter illos ingerat. Sciendum tamen mappas, utpote benedictas, etiamsi dirutas, in usus profanos converti non posse, sed comburendas aut inhumandas. Cæterum quoad sedilia etc. idem dicendum quod ad primum.

Dia 28 de Noviembre.

Caso. *M. in magno oppido, ubi plurimi* liberales *sunt, parochus, considerans* Liberalismum *et ejus effectus præ omnibus, uti mala communia, vitanda esse, omnes pænitentes præter mulieres et juvenes, et ante omnia, de præfato peccato interrogat; et quos* liberales *reperit, et illico* Liberalismum *ex corde abjicere nolunt, absque absolutione et sine temporis jactura, quia, ut ait, incorrigibiles sunt, illos dimittit.* Quid de casu?

Solucion. Censuranda valde hujus parochi agendi ratio: in primis enim saltem imprudenter se se gessit M., cum omnes pænitentes, et ante omnia alia, de *Liberalismi* peccato interrogat, nam confessarii interrogationes, præter alias qualitates, debent esse opportunæ; id est, fieri debent tempore et modo convenienti, nec non cum discretione debita. Aliunde non bene agere dicendum est, cum pænitentes illico nulla interposita mora, absque absolutione dimittit; ad hoc enim debet judicium moraliter certum efformare de eorumdem indispositione, quod minimo instanti fieri nequit, et præterea reliqua confessarii munera erga pænitentes adimplere debet, quod M. omissit, præcipue vero doctoris ac magistri munus, ipsos edocendo quod docere eos tenetur; fieri siquidem potest ut bene instructi ad bonam frugem sese recipiant, maxime si ex ignorantia huic systemati adhœreant; quin ejus vanus cogitandi modus, quod incorrigibiles sint, ratio sufficiens

sit absolutionem eisdem denegandi. Si tamen post bene instructos contumaces repereret, eos absolvere nequit.

Dia 12 de Diciembre.

Caso. *Ad pedes confessarii duo pænitentes accedunt, alter mercator, qui ephemeridem «liberalem,» impiam et hæreticam propter utiles notitias in ea ad comercium relatas, quotidie per suscriptionem accipit; alter vcro dives valde, qui ex curiositate propter notitias, quibus carent, ut ipse ait, catholicæ ephemerides, etiam quotidie emit vulgo nominatam «La Corrrespondencia,» et cum nemo nec eam ephemeridem, nec impiam præfatam abjicere statuerit, eos tamquam indispositos, absque absolutione dimissit confessor. Quid ad casum?*

Solucion. Erga primum pænitentem, mercatoren scilicet, optime se gessit confessarius eidem absolutionem denegando, cum ipse sciens et volens, in peccato habituali remaneret, nec illud ex animo abjicere cuperet; etenim propter illam hæreticam ac impiam lectionem in maximo constituebatur fidei amittendæ periculo, quod jure naturali cuiquam prohibitum est: aliunde vero per subscriptionem ephemeridem hanc suscipiendo, directe et formaliter ad erroris divulgationem atque propagationem cooperavit, quod nemo non videt quam ingens ac grave malum sit, pejus enim est et magis in hoc casu ad malum cooperatur, quam si aliquoties tantum illam lectionem reciperet. Nec dicere juvabit ipsum grave fortunæ detrimentum ex subscriptionis omissione pati; nam bona spiritualia, utpote ordinis superioris, quibuslibet bonis temporalibus absdubio sunt præferenda; sic enim enuntiat divinum eloquium: *Quid prodest homini si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur?* Aliqui tamen hunc excussare volunt, dummodo perversionis periculum ex tali lectione valde remotum sit, tam quoad se, quam quoad filios, famulosve, nec sequatur scandalum, et in nullo alio folio simili ejusmodi notitias utiles invenire possit, adeo ut notabile rei familiaris damnum subire cogatur: quod quidem minuere fortasse potest culpæ gravitatem, sed nequaquam removere illud periculum, multoque minus tollere directam, formalem ac continuam cooperationem ad malum divulgandum. Ideo illa doctrina laxa nimis et falsa videtur. ¿Quis enim potest dicere periculum perversionis esse remotum? Aliunde cooperare malo in nullo casu licitum est. Quoad alterum vero, qui ex curiositate tantum *Correspondentiam* legit, propter notitias, quibus, ut supponitur, carent catholicæ ephemerides, quamvis ratione curiositatis á culpa immunis non sit censendus, nihilominus absolutione indignus absolute forte non est, tametsi aliquoties aliquid minus rectum vel non fidei consonum contineat. Hæc dicta sint salva probabiliore opinione, intrinseca aut extrinseca. Aliter dicendum si per subscriptionem continuam prius factam fovetur ejus divulgatio, nam est ephemerides *liberalis*, et aliter si legatur etiam quod est minus rectum vel non fidei con sonum; uterque tamen enixe ac suaviter inducendus est ad eam lectionem, in quantum fieri possit, omnino abjiciendam.

Dia 26 de Diciembre.

Caso. *N., parochus, a suis fidelibus et aliis electionum tempore interrogatus, quomodo se gerere debeant, respondit: Quid ad me cum politica? nolo me his immiscere, quia Sacerdos pro rebus spiritualibus præcipue constitutus est; proinde vos videbitis. Ex quo accidit, quod, relicto Deputato catholico,*

liberalem *elegerunt, quod suo consilio vitare facile posset N.* Quid de modo agendi hujus parochi?

Solucion. Agendi modus parochi N. aperte censura dignum reperitur, cum ipse fideles sibi commissos salutaribus monitis pascere cogeretur, ac proinde ex officio atque ex justitia eos edocere ac instruere tenebatur circa suarum actionum rectitudinem et moralitatem; alios autem non sibi subditos etiam illustrare debebat ex charitate: quare cum suo silentio vel omissio ne causa fuerit *liberalis* Deputati electionis, quam impedire sine incommodo poterat et debebat, negative cooperans igitur in *liberalismum* abs dubio judicandus est. Deinde non recte argumentatur, dum ait nihil se habere cum politica, quia Sacerdos pro rebus spiritualibus prœcipue est constitutus, nam maxime religionis interest, ut politica recta sit atque Dei legi omnino consona; aliunde Sacerdos etiam constitutus est pro temporalibus rebus, quatenus ordinantur ad res spirituales, et ne officiant fidelium saluti spirituali atque profectui; præsertim vero si res illæ temporales in Dei contemptum, damnum fidei vel Ecclesiæ Christi inducere seu conferre possint, prout in casu præsenti evenit.

NOMBRAMIENTOS.

D. Aquilino Gonzalez, Cura Párroco de Matanza, ha sido nombrado Arcipreste del de *San Estéban de Gormaz.*

D. Eustaquio Marqués, vecino de esta villa de Burgo de Osma, ha sido nombrado *Administrador de Cruzada* de esta Diócesis. Vive calle Mayor, núm. 13.

En el Boletin del 27 de Diciembre de 1870, con ocasion de publicarse los modelos para extender las partidas sacramentales y de defuncion, se expresaron los varios modos de hacer testamento con arreglo á la legislacion de España, entonces vigente sobre esta materia. Mas habiendo sido variada acerca de ella dicha legislacion por el nuevo código civil, á lo que éste dispone hay que atenerse respecto de la manera de otorgar los testamentos, y por lo mismo ya no tienen aplicacion los modos publicados en el expresado Boletin. Lo que Nos ha parecido necesario advertir para prevenir toda equivocacion, y cualquier perjuicio.

Burgo de Osma 22 de Febrero de 1890.

Pedro Maria, Obispo de Osma.

NECROLOGIA.

En 15 de Diciembre de 1888 falleció D. Miguel Arroyo, Pbro. de Aranda de Duero. En 13 de Mayo último D. Gregorio Alonso, Párroco de Brías. En 8 de Septiembre D. Eulogio Balbás, id. de Santo Tomé de la ciudad de Soria. En 18 de Octubre D. Andrés Mingueza, id. de Campillo. En 17 de Noviembre D. Higinio Arroyo, Beneficiado de la parroquia de San Juan de Aranda. En 26 de id. D. Anselmo Felipe

Diago, Arcipreste y Párroco de Quintanamanvirgo. En 30 de Diciembre E. Pablo Nieva, Párroco de Zazuar. En 19 de Enero de este año D. Jose María Delgado, Abad de la Insigne Iglesia Colegial de Soria.

R. I. P.

ANUNCIOS.

LA VERDAD SOBRE LA CUESTION ROMANA

POR

B. O. S.

Unica version española autorizada.

Con licencia eclesiástica.

El original de esta version ha sido impreso en la Tipografía Vaticana; y segun expresos deseos del Soberano Pontifice de que se hiciesen traducciones en cada una de las principales naciones del mundo cristiano, ha sido favorecida con este encargo *La Revista Popular* de Barcelona. Las pruebas de la presente version han sido, para mayor seguridad, revisadas en Roma, asi como el prólogo que la acompaña.

Se expende en la Administracion de dicha *Revista* á 75 céntimos de peseta el ejemplar. Por cada diez se dan dos *gratis*.

LA PROPAGANDA CATOLICA

POR

DON FÉLIX SARDA Y SALVANY, PRESBÍTERO,

DIRECTOR DE LA «REVISTA POPULAR.»

Con el mencionado título van publicados siete tomos, en los cuales están coleccionados multitud de artículos y opúsculos, entre ellos el famoso intitulado *El Liberalismo es pecado*, y donde toda clase de personas hallará armas para combatir los errores, vicios y malas costumbres que el liberalismo ha introducido en esta nacion, así como hallarán otras muchas instrucciones teológicas y morales de mucho provecho.

Se recomienda, pues, de nuevo á toda clase de personas la adquisicion de dichos tomos, cada uno de los cuales se vende á 16 reales en rústica, y á 24 lujosamente encuadernados en percalina y planchas doradas. Por cada diez ejemplares en rústica se dan dos *gratis*, y uno si son encuadernados, francos de porte en toda España; pero á fin de recibirlos con seguridad, es indispensable añadir tres reales para el sello del certificado.

Los pedidos se harán á D. Miguel Casals, *Librería y Tipografía Católica*, calle del Pino, núm. 5, Barcelona; y en los demás puntos á casa de los señores corresponsales de dichas *Librería y Tipografía Católica*.

Se está preparando el tomo 8.º

Burgo de Osma:—Tipografía de Francisco Jimenez.